



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 150. Archidux Lugduni cum Ludovico XII. confert.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

Sæcul. XVI. ra, nec ultra ob Regni partitionem animorum diffensionem fore timendam. Hæc A.C. 1503. rationum momenta Ferdinandum induxerunt, ut haud cunctanter Archiducis votis annueret.

§. CL.

Archidux Lugduni cum Ludovico XII. confert.

Marian. lib. 27. ut supr.

Ceterum Rex Catholicus, ut plurimum Historicorum testimonio comperimus, astu Regiæ suæ Majestatis minus digno Consalvi conatus adjuvare intenderat; cum enim Archidux sinceritate animi nulli secundus esset, minus vero alios decipiendi voluntatem haberet, parum in ceteris integritatem pia credulitate suspicabatur, quo tamen factum, ut alii ejus bonitatem iniquo usu corrumpere, nam in præsentis rerum vicissitudine nil opportunius erat, quam ut Galli vana pacis spe pascerentur, ne eorum classis plene instructa e Genuensi portu solveret, priusquam Germani Tergesto Barulum pervenissent; igitur ad exequenda hæc consilia selecta est Archiducis industria: quapropter Ferdinandus celebratis Castellæ, & Arragoniæ Ordinum comitiis, Archiducem nominat suum in Galliis Legatum, plena pacem conciliandi auctoritate munitum, eidemque dante

tur mandata ad id muneris necessaria, Sæcul. XVI.
A.C. 1503.
quæ transgredi nefas esset. Accepto negotio Archidux datis literis a Ludovico XII. secundi per Franciam itineris copiam postulat, Regiam suam Majestatem Lugduni, ubi tum agebat, invisurus. Annuit Rex lubenti animo, ac Philippus acceptis Perpiniani securitatis literis profectus, ineunte anno quingentesimo tertio supra millesimum Lugdunum advenit, ubi post crebras cum Rege consultationes inter utrumque pacis negotium expeditum est, cum interea Cardinalis de Ambasia, atque Albiensis Episcopus ejus frater seligerentur, qui soli conferrent cum Abbate Bernardo de Buille, quem Ferdinandus non multo post Archiducis discessum ablegaverat, ampliori longe potestate instructum, quam tamen is Archiduci manifestare prohibebatur, nisi prius, quæ in ea continebantur, ad amissum servare, ac secreti fidem jurato promitteret.

§. CLI.

Pacis Articuli Gallum inter & Hispanum.

Verum nulla ferme Bernardi Abbatis *Recueil des traittez im-primées chez Leonard.* habebatur ratio, mandata enim Archiduci data prævaluere, ac nequidem Abbati, ut hac super re Ferdinandum *tom. 5. l. 5.* Regem edoceret, libertas concessa est, *c. 26.*

imo